



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

Quid Επερωσις seu impresso in Exordijs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Quid igitur? Omnia (inquit) exordia sunt amputanda. Minime illud quidem, sed prudenter moderanda: eos tantum agito, qui in praeludijs, & prolegomenis amant tempus, & aures frustra consumere.

Aristot. Ethic. l. 3. c. 14.

Ubique illi melius, qualem in re polito dixit Aristoteles. Idcirco ut tibicines, quos nusquam peius esse aiunt quam domi; amant extra rem, & foris canere: vel etiam ut ferui, & pueri mendaces ad interrogata directe non respondent, sed circuitus orationis quaerunt, suae sibi improbitatis conscij. Ita illi videntur & quiete caussa, ac bonitate destitui, qui sine ulla necessitate, inanes ambitus expoliunt.

Exordij prolixa & inutilibus nominibus quales sunt π. π. α. χ. ο. γ. γ. α. τ. ο. υ. ε. ι. ο. γ. α. ε. ι. ν. τ. ο. η. γ. α. γ. μ. α. τ. ι.

Res una exordij est maxime necessaria indicare finem, cuius gratia sit oratio, cetera plus habere videntur pompae, quam necessitatis.

Gorgia Leonini exordium concisum.

Quamobrem, non mihi reprehensione dignus videtur Gorgias Leoninus, qui de Eleorum laude dicturus ita exorsus est: Ηλις πόλις ευδοκίμων, Ελις βεατα ciuitas.

Circuitum maluisset Aristoteles, ut si quis dicat honore efficiendos bonos, & idcirco a se Aristidem laudari: Commendandas illustres ciuitates, & hanc ob rem Elidem commendari.

Item Gregorij Nazianzen.

Num hoc tandem rotundius apud eruditas praesertim aures: Ηλις πόλις ευδοκίμων, Ελις βεατα ciuitas. Explet enim exordij necessitatem, quam praescribit Aristot. & indicat vno verbo quid velit, & quorsam suscepta sit oratio. Non dissimile videtur exordium D. Greg. Nazianzenaei in laudem Athanasij:

Αθανάσιον έχοντων άρεων εν ταυτιστα, Athanasium laudans, virtutem laudabo.

Num hoc tandem compositius, quam si dixisset, virtutem laudare oportet, ideo Athanasium laudo: aut quid simile.

De varijs exordiorum generibus.

CAPVT VII.

Ex oratione necessitatis Gregorij.

PRimum illud statuendum est, duo esse exordiorum genera. Vnum necessitatis, alterum ornatus, atque pompae. Quod necessitatis est, ut ait Aristoteles, indicat finem cuius gratia sit oratio. Et quidem est sine furo, & circuituione verborum, grauibus, & negotiosis orationibus familiare. Tale est illud Euryptolemi apud Xenophontem τα μέν κατηγορησεν άριστον ορθάτε, τα δ' ύπεραπολογησά-

Partim accusaturus huc ascendit, partim etiam defensurus. Quod est ornatus, & expositio inuentione, & expositio inuentorum esse solet, conuenitque orationibus in quibus, & eruditio expectatur, & delectatio.

Vlpianus in Olympico.

Secunda diuisio est Vlpiani in 1. Olympica, qui exordia diuidit in ea, quae initio orationis sicut ad viam praemunendam, & in ea quae in media plerumque concione solent inferri, ad renouandam attentionem, aut docilitatem.

Licymniae in arte. Exordij diuisio secundum Licymnium.

Tertia est Licymnij Rhetoris, qui exordiorum in genere tres formas constituit, Eperisin, Apoplanesin, & Ramos.

Quid Eperosis seu impressio in exordij.

PRima est iniquitas cuius verbi ambigua est significatio. Nam ἐπώλττττα significat, ut notat magnum Etymologicum, cessationem a bello, ut in illo Homeri: πολέμω δ' οὐ γίνατ' ἔργω, Secundo impetum, ut ὄρρα ἡ τοδένθης μὲν ἔδρατ' ὄρρατ' ἔργω per ὄρρατ' ἔργω intelligit impetum hastae. Tertio ἔργω est recessus, ut ἐπαράσαν ἡ οὐ ἴππα, idem interpretatur ὑπεχέρισαν recessurum. Planius tamen hic intelligendum videtur de impetu: ne si recessum, aut deflexionem accipias, confundatur cum ἀποπλανήσει. Est igitur ἔργω exordium ex abrupto: quod videtur violententer impetere, quasi prima impressio exercitus. Tale est illud decantatum Ciceronis: Quousque tandem abutere Catilina patientia nostra?

Quid ἀποπλανήσε.

SECunda ἀποπλανήσε seu aberratio. Apud Iulium Rufinianum figura est, cum index a re contraria nobis aueritur. Hinc exordio nomen, quod errare, & exspariari videtur a proposito.

Est quidem illud insinuationi perquam simile, & nomine tenus tantum differre videtur. Nam per cuniculos subit animos auditorum, ut fieri solet in re parum honesta, & ancepiti, flexus, ac triandros innectit, mox praeparatis animis, praemunitis ut cogitationibus rem aperto Marte gerit. Exemplum habes inferius in Dione Prusaeo orator. ubi cum ostenturus esset Troiam non fuisse a Graecis euerfam, contra omnium saeculorum, & gentium corroboratam opinionem, orationis initio aliud profus aperere vide-